

legem demere uideretur. nos uero quibus militia spiritalis est & arma non carnalia
sed patenti ad destruenda consilia. decoramulier si repta fuerit apud
hostes & rationabilis aliqua disciplina. hoc modo purificabimus eam quos superius
diximus. Oportet ergo eum qui mundus est non solum diuidere ungulas sed presen-
tis & futuri saeculi actus & opera discernere. sed & ungulas producere. uelut ali-
bi legimus abicere. ut purificantes nos ab operibus inortuis permaneamus inui-
ta haec quidem generaliter dicta sunt de animalibus. Illa uero quae aqua sunt
quia dicitur. si quidem habeant pinnas & squamas mundae esse. Si uero non ha-
beant immunda nec aedi debet illud in his ostenditur. ut si quis est in aquis istis
& in mari uitae huius atque in fluctibus saeculi positus tamen debeat satis agere
ut non in profundis iaceat aquarum. Sicut sunt isti pisces quid dicitur non
habere pinnas neque squamas. haec namque eorum natura perhibetur ut in mo-
semper & circa ipsum caenum demoretur. sicut sunt anubile & his similia quae
non possunt ascendere ad aquae summitatem. nec ad eius superiora peruenire.
Illi uero pisces qui penulis iuuantur ac squamis mununtur. ascendunt ma-
gis ad superiora & aer huius uiciniores fiunt. uelut qui libertatem spiritus quaerunt.
talis est ergo si quis qui in terra fidei conclusus bonus piscis a saluatore
nominatur. & mittitur in uas uelut pinnas habens aut squamas. nisi enim ha-
beret pinnas non surrexisset de ceno in crudelitatis. nec ad recte fidei peruenis-
set. quid autem est quod & squamas habere dicitur. tamquam qui paratus sit ue-
teris indumenta deponere. huiusmodi quisquam non habent uelut ex integro
carne sunt & tota carnalis quid deponere nihil possunt. si quis ergo habet pin-
nas quibus ad superiora nitatur mundus est. qui uero non habet pinnas sed in fe-
rioribus permanet in caeno semper uersatur immundus est. Similiter autem de
auibus non manducabis inquit haec quia immunda sunt. aquilam & uultorem &
cetera his similia. his & enim auibus semper mortuorum corporum cibus est.
& ex mortuis cadaueribus uiuunt. Omnes ergo qui huiusmodi uitam gerunt
immundi habendi sunt. ego puto & illos in his numerari qui alienas incubant
mortis & arte uel fraude testamenta subiciunt. huiusmodi enim homines
uultores & aquilae merito appellantur uel mortuorum cadaueribus inhiantes.